

A T T I
della
VISITA PASTORALE DIOCESANA
di
F. FELICIANO NINGUARDA
Vescovo di Como
(1589 – 1593)
Annotati dal Sac. Dott. Santo Monti

Hinc ad iactum sclopi est Ecclesia S. Petri ad Vincula, cui alias erat annexum monasterium monialium ordinis S. Augustini, quo auctoritate apostolica suppresso, moniales una cum bonis et supellectile intra civitatem ad monasterium SS.^{mae} Trinitatis eiusdem ordinis translatae sunt. Est annexa aedificijs magna vinea muro saepta multi vini ferax, et usque ad lacum extensa, et vineae supradictae praepositurae finitima, quae etiam ad monasterium S.^{mae} Trinitatis spectat (1).

Hinc ad sesquimilliare, et a parochiali ad milliare, in via publica ad laevam , est Ecclesia S.^{cti} Zenonis cum clericatu, cuius titularis est D. Franciscus Simonetta praepositus S.^{ctae} Mariae ad Scalam Mediolani; quo sacrum cultum negligente et excusante, quod inde percipiat quatuor coronatos tantum, accolae diebus festis de praecepto sacrum in ea fieri curant. In hac Ecclesia sunt tres naves partim fornicatae et partim tecto simplici opertae, et tria altaria cum cancellis ligneis et imaginibus in muro depictis; summum Ecclesiae patrono, alterum a latere Epistolae Purificationi Beatissimae Virginis, et tertium SS.^{ctis} Defendenti et Hilarioni dedicata; ianuae duae, altera e regione summi altaris, et altera ad latus Epistolae; prope singulas est fons aquae benedictae. Supra Ecclesiam in medio est turris quadrata cum campana; sacrarium est a latere Evangelij cum uno calice et exigua supellectile attrita; ex sacrario patet ianuam ad domum in qua alias morabatur capellanus, et iam sodalitati deservit in hac Ecclesia erectae, et quibusdam
Note.

(1) San Pietro '*ad vincula*', volgarmente detto S. Pietro delle Vigne, è un oratorio posto a levante del monte Olimpino, ora di patronato Natta. L'anno 1318 Giorgino, della famiglia Brocconi, ora de' Brocchi, ristorò ed ampliò la cappelletta di S. Pietro nel luogo di Bignanico, sotto il castello Carnasino. Possedeva Giorgino la maggior parte dei beni circonvicini onde pensò di fondarvi una parrocchiale; ma non acconsentendovi Leone Lambertenghi, per una lite che mosse contro a tal erezione il curato di S. Bernardo (oggi di S. Salvatore), assegnò alla detta chiesa tutti quei pezzi di terra che giacevano a quella contigui, e pose al governo d'essa un sacerdote, che le domeniche e le altre feste dell'anno vi celebrasse la messa (Tatti, *deca III*, pag. 32 n. 70)- Pochi anni appresso la B. Chiara Perlasca vi fondò un monastero di Agostiniane che nel 1592 vennero traslocate in quello della SS. Trinità di Como. La parte occidentale della chiesa, ove ancora si vedono gli indizi della primitiva porta d'ingresso, e l'annesso campanile, fanno fede di una remota antichità. Nell'interno sono due bei quadri, d'incerto autore, che rappresentano fatti della vita del patriarca Giuseppe.

proventibus dotatae cun onere unius missae singulis ferijs sextis, cui soliditas aliam diebus festis ultro adiungit; in Ecclesia est etiam confessionale, quo parochus tempore quadragesimali utitur ad excipiendas confessiones incolarum, et circum Ecclesiam coemeterium, in quo pauci tamen sepeliuntur. Prope hanc Ecclesiam est pagus cum diversis domibus sparsis (2). E regione dictae Ecclesiae, citra viam publicam in monte ad sesquimilliare, est pagus Cardines a parochiali sesquialtero milliari remotus cum parva Ecclesia fornicata Purificationis B.^{ae} Virginis sine titulo et beneficio cum unico altari cancellis ligneis munito et pictura ornato, cui opponitur ianua, quae unica est, et prope habet fontem aquae benedictae; extra Ecclesiam est porticus tecta; habet etiam sacrarium cum unico ornato, calice ac missali, et supra murum campanam sub arcu; fiunt in ea interdum sacra ex devotione populi (3).

(2) Soppresso il convento dei Crociferi per mancanza di numero, Lazzaro Carafino, desiderando che i numerosi possessi di quel monastero tornassero ad incremento spirituale della popolazione comasca, riferì alla sacra Congregazione dei cardinali in Roma sui bisogni di erigere in parrocchia le tre chiese di S. Andrea di Brunate, di S. Cecilia di Camnago, ambedue in cura dei frati del terz'ordine di S. Francesco, residenti in S. Donato, e la chiesa di S. Zenone di Monte Olimpino, allora filiale della parrocchia di S. Salvatore. Tale proposta fu ben accolta dai cardinali e da Sua Santità, e, con rescritto del 2 settembre 1653, autorizzarono a mandarla ad effetto lo stesso monsignor Carafino, il quale, con istromento del 7 marzo 1654, a cui va unito il rescritto, eresse in parrocchiale e dotò le tre chiese su indicate, che per ciò si chiamano le tre sorelle. Con quest' anno infatti incomincia il libro dei battesimi in Monte Olimpino, e sul bel principio si legge: *"In nomine Dni Amen. Incipit liber baptizatorum per me Joannem Dominicum Stopanum de Zelbio plebis Nesii primum huius ecclesiae Sancti Zenonis curatum coadiutorem seu vicarium. Auctoritate Apostolica erectae; mihi in concursu inter coeteros idoneo reperto tradita fuit anno Dni 1654, mense Aprilis, et mense Junij possessionem accepi, mense vero 7bris ressidere incoepe"*. L'antica chiesa era a tre navi; ancora esiste , ma fu sconsacrata ed ora serve di scuola maschile e femminile. La nuova chiesa parrocchiale , di collazione vescovile, fu eretta dal 1860 al 1864, a disegno di Moraglia, e benedetta da monsignor Marzorati il giorno 8 settembre dell'istesso anno 1864. E' a croce greca. Ha tre altari il maggiore dedicato a S. Zenone, tutto di marmo con tempietto e due angioli, pure di marmo in atto di adorazione. Il secondo, dal lato destro entrando, dedicato al Crocifisso, di marmo di rimarchevole qualità, fu qui trasportato dalla dissacrata antica chiesa parrocchiale, ove serviva d'altar maggiore. La popolazione ha una speciale divozione al Crocifisso che su di esso si venera. Il terzo dal lato opposto, è dedicato a Maria Santissima del Rosario; è semplice di nessun merito artistico. Non ha campanile, ma si serve di quello della antica chiesa. Non vi sono oggetti artistici di pregio, se forse non si eccettui un quadro ad olio appeso in coro alla parete in *cornu evangelij*, rappresentante la Vergine col bambino e ai suoi piedi S. Zenone, S. Antonio ed altri Santi di pennello ignoto ma non spregevole. Il parroco da qualche tempo gode del titolo di prevosto. Oggi giorno , sottoposti a questa chiesa parrocchiale oltre gli oratori accennati in questa *visita pastorale*, ve ne sono alcuni altri.

(3) Quest'oratorio è dedicato all'Immacolata ed è di gius-patronato della famiglia Nessi.

In medio montis Lompini, ad dextram in via publica ad milliare a parochiali, est Ecclesia S. Michaelis cum unico altari et sine sacrario, cui alias adiunctum erat monasterium monialium ordinis S.cti Benedicti, quo suppresso et monialibus intra civitatem ad monasterium S.cti Columbani eiusdem ordinis translatis, festis S.cti Michaelis et Ascensionis mittuntur ex Sancto Columbano omnia necessaria ad missae, quae dictis diebus fieri solet, celebrationem. Altare non est consecratum et muro connexum; eminet tamen extra aedem turris quadrata cum parva campana; habet duas ianuas, unam altari oppositam, et alteram a latere Epistolae, cui prope est fons aquae benedictae satis sordidus; supra ianuam minorem est parvum frontispitium. Ecclesia simplici tecto operta, pavimento habet lapideum, in annexis aedificijs habitat iam colonus cum familia, qui praedij ac bonorum S.cto Columbano ex suppressione unitorum, curam gerit (4).

Ad extremum parochiae, supra viam publicam ad jactum sclopi, et a parochiali ad sesquialterum milliare, est Ecclesia simplici tecto operta S. Iacobi Apostoli in loco Quarcini, parochiali unita et satis ampla cum unico altari consecrato, icone ornato et cancellis ligneis munito in cella fornicata; est in ea aliud etiam altare picturis decoratum, quod tamen cum sit admodum parvum in usu non est; habet commodum sacrarium a latere Evangelij, male tamen instructum sacris ornatibus et cum unico calice ac missali. A latere Epistolae est turris quadrata cum parva campana. Ianua unica est, altari maiori opposita, et prope ad dextram vas aquae benedictae. Celebratur in hac Ecclesia omni die festo ex populi devotione, qui sacerdoti mercedem erogat. Circum Ecclesiam est coemeterium, ubi alias sepeliebantur defuncti,

(4) Ora l'oratorio è sconsecrato ed è di proprietà della famiglia Veronelli di Como. Era anticamente unito a questa chiesa un monastero di monache dell'ordine di S. Benedetto. Le quali al 4 maggio dell'anno 1317, essendo vescovo di Como Leone Lambertenghi, attennero in enfiteusi, dai canonici della Cattedrale, le case e la chiesa di S. Colombano in città, e quivi, insieme con le monache di S.- Giacomo di Menaggio, diedero principio al celebre monastero di S. Colombano, a cui, nel 1569, furono aggregate le monache di S. Maria di Loppio e di S. Biagio di Pescallo, casali del circondario di Bellagio. (V. Tatti, *Martirologio*. Pag. 137)

qui iam in Ecclesiam inferuntur. Distat haec Ecclesia iactu manus tantum ab aqua cum ponte, ubi etiam dirimuntur iurisdictiones tempora Comensis et Helvetica, uti supra dictum est (5)

Ad dextram dictae Ecclesiae S. Jacobi, extra viam versus lacum ad sesquimilliare procul ab ea super flumen Breggiae in loco Folgini, est Ecclesia S. Bartholomaei Apostoli parochiali etiam unita, a qua distat alia via ad sesquialterum milliare; est multis bonis dotata et sine ullo onere; incolae tamen proprio sumptu sacrum omni die festo in ea fieri curant. Habet in cella fornicata unicum altare consecratum cum icone et multis imaginibus, ligneis cancellis munitum; a latere Evangelij parvum sacrarium est cum aliquot sacris ornatibus, unico calice ac missali, et turris quadrata a latere Epistolae cum campana. Ianua unica est, altari opposita, sine ullo frontespicio et prope ianuam fons aquae benedictae; tectum est simplex, et defuncti in Ecclesia sepeliuntur cum careat coemeterio. In hac Ecclesia est sodalitas sine habitu, quae in loco Ecclesiae annexo convenire solet ad functiones suas obeundas, et e regione Ecclesiae est domus coloni, qui Ecclesiae et bonorum ad eam spectantium curam habet, cum pagus habeat domos sparsas, et inter se distantes (6).

In dicta parochiali S. Salvatoris omni die festo celebrantur septem missae, una in parochiali, tres in Ecclesia S.ctae Mariae de Vico, una ad S.ctum Zenonem, alia ad S. Iacobum, et alia ad S. Bartholomaeum.

Hic finiuntur omnes Ecclesiae, utriusque sexus monasteria ac loca pia civitatis ac suburbiorum comensium.

(5) S. Filippo e Giacomo di Quarcino è ora di patronato della nobile famiglia Reina. Presenta tracce d'antichità e fu ampliato nel secolo passato.

(6) S. Bartolomeo delle Vigne è una chiesa sul lato settentrionale del monte Olimpino, nella valle della Breggia, ad un miglio dal Borgo Vico. Vi risiede un vicario che ha giurisdizione sul grosso casale di Folcino.